

XXVIII.

Himno In anuntiatione Sanctae Mariae ¹.

Ave Maria gratia plena;
 Dominus tecum, Virgo serena.
 Benedicta tu in mulieribus,
 Qui [quae] peperisti pacem hominibus
 Et angelis gloriam;
 Et benedictus fructus ventris tui,
 Qui coheredes, ut essemus sui;
 Nos fecit per gratiam.
 Per hoc autem aue mundo
 Tam suaue contra carnis iura;
 Genuisti prolem nouum,
 Stella solem noua genitura.
 Tu parui et magni
 Leonis et agni,
 Saluatoris Xristi,
 Templum excicisti,
 Sed Virgo intacta.
 Tu roris et floris,
 Panis et pastoris,
 Virginum regina,
 Rosa sine spina
 Genitrix es facta.
 Tu ciuitas regis iustitie,
 Tu mater es misericordie;
 De lacu fecis et miserie
 Teophilum reformas gratie.
 Te celestis collaudat curia,
 Que es Dei mater et filia,
 Per te reis donatur venia,
 Per te bonis fulget gloria.
 Virgo, maris stella;
 Verbi Dei cella,
 Et solis aurora;
 Paradisi porta,
 Ex qua lux est orta,
 Natum tuum ora.

¹ Himnario de Santa Clara de Allariz, en Galicia, Ms.; Real Academia de la Historia.

Ut nos saluet a peccatis
 Et in regno castitatis
 Cum eterna festula
 Collocet per secula—Amen ¹.

XXIX.

(1164.)

Lápida sepulcral del obispo Alvito de Leon ².

Hac patris Alviti Legionis praesulis almi
 Condedit in theca Fernandus pignora sacra.
 Erae tunc anni duo praeter mille ducenti.
 O sacre Alvite, memor esto gentis avitae,
 Et da Laevitae Fernando gaudia vitae. Amen.

XXX.

(1187.)

Lápida de la consagracion del monasterio de Santa Maria de Belmonte ³.

Hoc in honore Dei templum, Sanctaeque Mariae
 Virginis et Matris, Abbas Garsia peregit;
 Abbas insignis, prudens, discretus, honestus
 Extitit, in cunctis larga probitate modestus,
 Dedicat Ecclesiam Rodericus Pastor Oveti;
 Ad cuius veniunt populi solemnia laeti.
 Abbates, clerus, saeculares, sexus uterque
 Conveniunt sacri celebrantes gaudia templi.
 Era ducentena post mille XXV.

¹ El himnario de Allariz fué dolorosamente destruido por los mismos monjes y destinadas sus fojas á servir de cubiertas á los documentos de su archivo: algunas de estas cubiertas han llegado á poder de la Real Academia de la Historia, y de ellas hemos sacado este precioso himno y su facsimile, no menos estimable para la historia de la música. Otros himnos igualmente apreciables conservamos del referido Ms.

² Enterróse en la catedral de la misma diócesi (*España Sagrada*, tomo XXXV, pág. 94).

³ *España Sagrada*, tomo XXXVIII, pág. 154.

XXXI.

Lápida sepulcral del arquitecto Viviano ¹.

Quem tegit hic paries dictus fuit hic Vivianus:
Sic Deus huic *requies*, angeliceque *manus*,
Iste magister *erat* et conditor *Eclesiarum*.
Nunc in eis *sperat*, qui preces poscit *earum*.

XXXII.

SIGLO XIII (1241).

Lápida sepulcral de Berenguer de Paciolo, obispo de Barcelona ².

Laudibus *immensis* hic Praesul Barchinonensis
Fulsit in hoc *mundo*; sic fulgeat orbe *secundo*.
Mane *duadenos* hic omni pascit *egenos*:
Fecit et hanc *edem*, ditavit et hanc bene *sedem*
Post haec in *fine* Damiani seu *Caterinae*
Hac *captivorum* domum fecitque *Minorum*.
Sepius hic *cetum* duxit contra *Machumetum*.
De nece *commota* fuit hac Ispania *tota*,
Et nos grex *eius*, dum tanto patre *caremus*,
Qui nos *dilexit*, et cum dulcedine *rexit*,
Dans lac, non *escam*: iam plura referre *quiescam*.
Sic *dispensavit*, quod adhuc reliquos *superavit*.
Adsit ei *flamen*: dic, qui versus legis: *Amen*.

XXXIII.

Inscripcion de una escritura otorgada en el siglo XIII ³.

Hoc Ricardus *ita* sig[†]num trahit *archilevita*.
Hoc fecit *signum* † Radulfus, idest quia *dignum*.
Non est *indignum* Ricardum ponere *sig[†]num*.

¹ Existe en el monasterio de Montes (Bierzo) (*España Sagrada*, t. XVI, pág. 62).

² Existe en la capilla de San Miguel de aquella catedral (Villanueva, tomo XVII, pág. 211).

³ Villanueva, *Viaje literario*, tomo VII, pág. 198.

Signum *Guidonis* † confirmat *vis rationis*.

- 5 His faves A. sig[†]no Rubea de Turre *Benigno*
Hic ea quae *laudat*, Guillelmus *carmine* firmat.
Gregorius *scriptis* favet *archidiaconus* istis.
Bernardus *paraphonista* hic adsunt *sua scripta*.
Istis *iocundus* favet *archilevita* Reimundus.
10 Haec *primicherus* firmavit nomine *Petrus*.
Ista *superscripta* Bernardus firmo *sacrista*.
Gaufredus *tandem* causam confirmat *eandem*.
G. de *Comellis* probat haec *chirographa* *pellis*.
Ut res *manifestavi*, sic ego Poncius † in ista carta *notavi* ¹.

XXXIV.

Versos jocosos y de escarnio ².

Proloquios.—*Adagios*.—*Epigramas*.

Plus me *laetificat*, qui dat, quam si mihi *dicat*:
Cras *veni*, cras *reveni*, cras *iterabo* tibi.

Res, *animam*, *mores*, *sensus*, *corpus* et *honorés*,
quod *perdidit* *veré* bonus clericus in *muliere*.

In *pede* sunt *porci* *viginti* *quatuor* *ossa*,
et *bene* si *numeres*, *viginti* *quinque* *requires*.

Sollicitus *studio*, *pius* in *templo*, *puer*, esto:

¹ Nótense los errores gramaticales, á que dá lugar esta manera de frenesí rímico que tanto cunde en los siglos XII y XIII. También es digno de observarse que entre las rimas perfectas se hallan todavía algunas, tales como *laudat* y *firmat*, *primicherus* y *Petrus*, cometidas conforme al primitivo uso de las figuras *homoeptoton* y *homoeteleuton*, tantas veces citadas; prueba evidente del origen que traían aquellas, según queda advertido.

² Conservados en un códice de la Biblioteca toletana; Plut. XVII, número IV, y copiados por don Francisco Javier Santiago Palomares en 1753 (Biblioteca Nacional, S. 164, ad finem).

Hilaris in mensa maneat, et inde facetus.

Salve caro Christi, quae pro me passa fuisti:
Intus me inunda Christi caro, sanguis et unda.

Disce, puer, dum tempus habes, dum sufficit aetas;
Tempus enim transit more fluentis aquae.

Rustice, quid quaeris, ut mecum versificeris?
Rustice, vade procul

In taberna bibo solus, ubi non es fraus neque dolus;
Quando sum in hospitio, ibi es fraus et confusio.
Bibit ille, bibit illa, bibit servus et ancilla;
Bibit hinc, bibit inde; mihi videtur esse mille.

Rocine trotans tu comedens, et ego potans;
Cras solves totum, tibi pastum et mihi potum.

Porta licet pateat, pudor est intrare tacendo;
Ac non licet intrare, nisi prius dixeris: Ave.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum;
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro:
Vox mea cunctorum sit terror daemoniorum.

Sorbendo brodia, gaudet Aragonia tota.

Cantat ingratus, qui non vult cantare rogatus;
Cantare decet lene, dum homo prandet amene.

Salve, puer, salve; Falueris Episcopo, salve:
Sunt tua, vel cuius? Non mea; sed pauperis huius.

Qui dare vult aliquid, non debet dicere: vultis?

Salvia, sarpillum, piper, allia, sals, petrosillum,
Estis cassatis; sit bona sal satis:
Si bene terantur, et aceto conficeantur,
His bona sit salsa, non est sententia falsa.

2.

Sátira del dinero.

- In terra summus Rex est hoc tempore nummus,
Nummi mirantur, Regesque et ei famulantur.
Nummo venalis favet ordo pontificalis.
Nummus in Abbatum cameris retinet dominatum.
- 5 Nummum egrorum veneratur turba Priorum.
Nummus magnorum iudex est consiliorum.
Nummus bella gerit, et si vult, pax sibi erit.
Nummus agit lites, quia vult deponere dîtes.
Erigit ad plenum de stercore nummus egenum.
- 10 Omnia nummus emit, venditque, dat, et data demit.
Nummus adulatur, nummus post blanda minatur.
Nummus mentitur, nummus verax reperitur.
Nummus periuros miseros facit et perituros.
Nummus avarorum Deus est et spes cupidorum.
- 15 Nummus in errorem mulierum ducit amorem.
Nummus venales dominas facit imperiales.
Nummus raptos facit ipso nobiliores.
Nummus habet plures, quam coelum sidera, fures.
Nummus securus placitat quod vult habiturus.
- 20 Nummus iter coeli clausit, reseratque fideli.
Nummus emit villas, struit urbes, destruit illas.
Nummus donatus dat honorem pontificatus.
Nummus perverse secreta facit sua per se.
Nummus enim loquitur, pauper tacet ac bene scitur.
- 25 Nummus mindres reprimit, relevatque labores.
Nummus corda necat, sapienti lumina caecat.
Nummus nam est certum stultum facit esse disertum.
Nummus habet medicos, fictos acquirit amicos.
Nummus famosas vestes gerit et pretiosas.
- 30 Nummus explendorem dant vestes exteriorem.
Nummus eos gestat lapides, quos India prestat.
Nummus dulce putat quod eum gens tota salutat.

- Nummus ubique *cadit* et quae vult, oppida *traddit*.
 Nummus *adoratur* quia virtutes *operatur*.
 35 Nummus aegros *sanat*, secat, urit, et aspera *sanat*.
 Nummus *laudatos* pisces comedit *piperatos*.
 In merita *immensa* sunt fercula *splendida mensa*.
 Francorum *vinum* nummus *hbit* atque *Martinum*;
 Vile facit *clarum*, quod dulce est *reddit amarum*.
 40 Et facit *audire* surdum, claudumque *salire*.
 De nummo *quaedam* maiora prioribus *edam*.
 Vidi *cantantem* nummum, *missas* celebrantem;
 Nummus *cantabat*, nummus *responsa parabat*.
 Vidi quod *flebat* dum sermonem *faciebat*,
 45 Et *subridebat*, *populum* quia *despiciebat*.
 Nullus *honoratur*, sine nummo nullus *amatur*.
 Quae genus *infamat*, nummus *probus* est homo *clamat*.
 Ecce patet *cuique* quod nummus *regnat ubique*.
 Sed quia *consummi* poterit cito gloria *nummi*,
 50 Ex hac esse *schola* non vult *sapientia sola*.

3.

Sátira de las mujeres.

- Arbore sub *quadam* dictavit clericus *Adam* ¹
 Quomodo peccavit primus *Adam* in arbore *quadam*.
 Foemina *vicit Adam*, victus fuit arbore *quadam*.
 Foemina *serpenti* mox credit *alta loquenti*:
 5 Foemina *serpentis* est visus nos *cipientis*.
 Foemina *deceptos* serpentes *reddit ineptos*.
 Foemina te *David*, et te *Salomon* *superavit*.
 Foemina *deiecit* te *Samson*, et haec tua *fecit*.
 Foemina *Iob vicit* Genesis quae quomodo *dicit*.
 10 Foemina *damnari* fecit *Nabaoth* et *lapidari*.
 Foemina, tu *Christi* *Bautistae* colla *petisti*.
 Foemina *regit*, *iuvenum* sibi colla *subegit*.
 Foemina *corda ferarum* *necat*, inspirando *venenum*.
 Foemina *Praelatis* *adimit* nomen *probitatis*.
 15 Foemina *ditatur* cum *presbiteris* *dominatur*.
 Foemina *multorum* *claustrum* *subit Monachorum*.

¹ Este parece ser el autor de ambas sátiras contra el dinero y las mujeres, unidas como una sola en el Ms. original: una y otra revelan ya el humor cáustico del archipreste de Hita, según volveremos a notar oportunamente.

- Foemina nihil *merito* vix est bene fida *marito*.
 Foemina tunc *gaudet*, cum perficit omne quod *audet*.
 Foemina *ditavit* quod infernum *nuntiavit*.
 20 Foemina quae non *est fallax*, haec foemina non *est*.
 Foemina bella *gerit*, vix pacto foedera *quaerit*.
 Foemina *senescit*, quia foemina nulla *fenescit*.
 Foemina nemo *furit* numquam tua flamma *perurit*.
 Foemina vel *raro*, vel nunquam credit *avaro*.
 25 Foemina multa *dicet*: promittas non amo, *dicet*.
 Foemina pro *dote* nummorum *dicet*: O ano *te*.
 Foeminae *donare* cessa, cessabit *amare*.
 Foemina dum *plorat* lacrymarum fraude *laborat*.
 Foemina quae *pungit*, ut *scorpius* ora *perungit*.
 30 Foemina vult *pungi* sua, quem vult ora *perungi*.
 Foemina, mors *iuvenum*, portat sub melle *venenum*.
 Foemina *praedatur*, et ab hoc iure lupa *vocatur*.
 Foemina, *multorum* flammis *extinguis amorum*.
 Foemina, te *quare* multi nequeunt *saciare*?
 35 Foemina, tu *iuras*, sed non periuria *curas*.
 Foemina, nec *curas* quod mortis iura *figuras*.
 Foemina, te *pulcra* signant sub pelle *sepulcra*.
 Foemina, tu *leporem* facis aptum propter *amorem*.
 Foemina, vir *mutus* loquar tua signa *secutus*.
 40 Foemina *mutescit*, per te lupus agna *timescit*.
 Foemina, tu *flante*, mox cera fit ex *adamante*.
 Foemina, vir *certe* fit amando foemina *per te*.
 Foemina, tu *verbis* et repleas rege *superbis*.
 Foemina, pro *quaestu* quasi portus publicus *es tu*.
 45 Foemina, *venalis* portus tuus *officialis*.
 Foemina, nullus *ita* gladius nocet ut tua *vita*.
 Foemina, Troia *satis* dat signum tuae *bonitatis*.
 Foemina, pro *tristi* causa inedia *finisti*.
 Foemina, sola *vale*, quae nomen habes *Petrale* ¹.
 50 Foemina, stella *maris*, sic Virgo Maria *vocaris*;
 Foemina sola *bona*, data, iam tibi, da mihi *bona*.

¹ ¿Sería esta acaso la dama querida del poeta, pues que sólo ella es digna de ser exceptuada, entre las vivientes, de los anatemas é injurias que lanza sobre todas en comun?—La terminacion de la sátira, invocando el nombre de la Virgen Maria, no puede estar más conforme con el espíritu que hemos visto dominar en los cánticos consagrados á la Madre del Verbo.

XXXV.

Fragmento de la Vida de Santa Fides de Agen ¹.

Canson audi q'es bell'antresca,
 Que fó de razo espanesca,
 Non fó de paraulla grezesca
 Ne de lengua serrazinesca:
 Dolz'e suave es plus que bresca,
 E plus que nuls piments q'omm esca.
 Qui ben la diz á lei francesca,
 Cuig m'en q'e sos grauz pros l'en cresca
 E q'en est segle l'en paresca.
 Tota Basconn' et Aragons
 E l'encontrada dels Gascons
 Saben quals est aquest cançons,
 E s'es ben vera sta razons.
 Eu l'audi legir á clerezons,
 Et á gramadis á molt bons
 Si q'on ó mostra'l passions
 En que om lig esta leiczons;
 E si vos plaz est' nostre sons,
 Aissi col guida'l primers tons,
 Eu la vos cantarei en dons.

(Falta lo demás.)

XXXVI.

Cancion de Gonzalo Hermiguez, dirigida á su esposa ².

Tinhérbos, nam tinhérbos
 Tal á tal ca montal...
 Tinhéradesme, nom tinhéradesme.
 De là vinhérades, de cá filhárades,

¹ Esta poesia fué conservada por Mr. Fauchet (*De la langue et de la poésie française*), y ha sido reproducida por Raynouard (*Choix des poes. prov.*, t. II, pág. 144), y por otros escritores de nuestros dias.

² Brito, *Historia del Cister*, lib. VI, cap. I; Sarmiento, *Memorias para la historia de la poesía y poetas españoles*, pág. 223.

- 5 Ca aníahia tudo en soma.
 Per mil goivos trebelhando
 Oy, oy vos Lombrego
 Algo rem sê cada folganca
 Asmei eu: perque do terreno
 10 Nom ahí tal perchego.
 Ouroana, Ouroana, oy tem per certo
 Que minha vida é viver
 Se alvidrôu per teu alvidro, perque em cabo
 O que eu ei de la Chebone, sem referta
 15 Mas naom hé perque se ver.

XXXVII.

Himno en loor de San Ildefonso ¹.

Celsi confessoris	Ildefonso <i>dandum</i> .
Festum venerandum	Urbs Toleti, <i>gaude</i>
Nobis, ut est moris	Prole gloriosa,
Adest celebrandum.	Tanta patris <i>laude</i>
Laudibus canoris	Ubique famosa.
Nobis est instandum,	Patrono <i>applaudere</i> ,
Debitum honoris	Urbs imperiosa,

¹ Breviario antiguo de la iglesia de Toledo; Tamayo de Vargas, *Martyrol. Hispan.*, tomo I, pág. 238. Este himno debió componerse por los años de 1302, en que se instituyó solemnemente la festividad de San Ildefonso, segun nos enseña el cánon XI del concilio de Peñafiel, habido en dicho año bajo la presidencia del arzobispo don Gil de Toledo. Termina así el referido cánon: «Statuimus et ordinamus ut per totam Toletanam provinciam eius (S. Ildephonsi) festivitas tamquam praecipue, seu dupplici officio solemniter celebretur» (Aguirre, tomo III, pág. 540). Tanto en este como en el himno *Ad matutinos*, que empieza:

Laude *devota*
 Himnos *decantemus*
 Et mente *tota*
 Festum *celebremus*, etc.,

se encuentran ya completamente desarrolladas las rimas, y dispuestas de tal manera que exceden en el artificio á cuanto ha llegado á nuestras manos escrito en lengua vulgar, razon por que nos ha parecido conveniente cerrar con esta composicion el presente estudio sobre los orígenes latinos del *metro* y de la *rima*, fijando principalmente nuestras miradas, desde el siglo VIII, en las formas de la poesía latino-elesiástica.

Et pro cunctis <i>aude</i>	Decus tuae <i>laudi,</i>
Esse pretiosa.	Instat charus <i>iste</i>
Ildefonse, <i>tuos</i>	Pie hunc <i>exaudi.</i>
Iuva prece <i>piá:</i>	Sit laus Patri, <i>decus</i>
Fat iuuet, ut <i>suos,</i>	Nato, par his <i>unus</i>
Nos Virgo <i>María.</i>	Spiritus, his <i>aequus</i>
Ildefonse, <i>Christe</i>	Ferat, ut his <i>unus.</i> Amen.

ILUSTRACION II.

SOBRE LOS ORÍGENES Y FORMACION DE LAS LENGUAS ROMANCES.

LENGUA CASTELLANA.

I.

Muchas son y harto contradictorias las teorías sustentadas por los escritores, así propios como extraños, que han procurado investigar los orígenes de las lenguas habladas en nuestro suelo, y principalmente de la castellana. Cediendo acaso más de lo justo á la afición de estudios especiales, háse dado excesiva importancia á ciertos y determinados elementos que, si contribuyeron en algun modo á enriquecer nuestro idioma, no ejercieron en su formacion tal ni tan directa influencia como se ha pretendido.— Aquellos que debieron su educacion literaria á los estudios clásicos, llevados del profundo respeto que les inspiraba la antigüedad griega y romana, nada ó muy poco hallaron en nuestro *romance*, donde no se ostentara el sello de las lenguas de Demóstenes ó de Marco Tulio; los que lograron el conocimiento del árabe y del hebreo, creyeron por lo contrario reconocer en todas partes los vestigios de estos ricos idiomas, que han merecido ser clasificados entre las lenguas sábias ¹. Ni faltaron tampoco críticos que,

¹ Una y otra manera de considerar los orígenes de la lengua española prosigue dominando entre los doctos que en nuestros días han tratado tan importante materia. Son fiadores de esta verdad, entre otros discursos leídos en las juntas públicas celebradas por la Real Academia de la Lengua, los muy notables debidos á don Pedro Felipe Monlau y á don Severo Catalina del Amo, profesor el primero de latin y lenguas romances en la escuela